

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

GRATVLATORIA
IN HONOREM
 PIETATE, DOCTRINA
 ET VIRTUTE ORNATISSIMI VIRI,
 Dn. SEBASTIANI PRAETORII ISLEBIEN-
 SIS, V. REV. ET CL. D. M. ZACHARIAE PRAETORII
 Mansfeldensis, p. m. Theologi quondam & Poëtae L. Filij, cum ipsi,
 una cum alijs XXII. doctis ac honestis uiris, Magisterij
 Philosophici gradus in inclyta Academia VViteber-
 gensi publicè decerneretur.

Rectore Illustrissimo Principe ac Domino, Domino
 AVGVSTO, Duce Brunsvicensi & Lunæburgensi &c. Deca-
 no V. CL. ac Doctissimo, Dn. ANDREA SCHATONE Torgense, Me-
 dicina Doctore & Professore Physices publico. Prid. Cal. Apri-
 lis, Anno Christi M. D. LXXXIII.

Scripta

AB AMICIS.

VVITEBER GAE.

Adjuncta est eiusdem Testimonij ab Academia
 VVitebergensi accepti, forma,

Τρέσφαντει

GRATULATORIA
M. THEODOSII FABRICII.

Cor sors est vita : Cerebrum sed regia mentis ;
Arcis habent instar pectoris ossa, caput.
Nox vigiles oculos cum falteret, aliget artis
Tentatas triplici verbere texit opes.
Non igitur nisi diuina bonitate superstes
Præmia pro triplici vulnera plura refers.
Gratantur caussæ socij, gratantur honori :
Est bona caussa : tuo est nomine dignus honor.

30. Ianuæ
rij: 84.

31. Martij
Arns cod:

ALIVD GRATVLA
TORIVM.

Dum struit insidias tenebroſæ noctis in umbra,
Et mortem intentat vis inimica tibi ;
Vita quod Angelicis tua sit defensa ministris :
Deq; Magisterij grator honore tibi.
Sed tamen hæc macula est frontis gestanda : quid obstat ?
Hæc tibi tutelæ sunt monumenta sacræ.
Quisquis es, Ingenium qui fronte expendere tentas,
Disce prius cordis vulnera nosse tui.
Posthæc alterius næuos ex vulnera frontis,
Et de Naturæ dic bonitate notas.
Sic diuinando sapientis acumina mentis,
Iudicij acris lumina pande tui.

M. Christophori Hornij.

ALIVD.

Semina virtutum patrio de sanguine proles,
Naturæ gnari ceu docuere, trahit.
Vis inuicta manet fati, nec rumpere ferrum
Fata potest, ferrum vincere fata solent.
Vtraq; res, duro quamuis tentata labore,
Euentu tamen est vera probata tuo.
AEmula virtutis sperares cura paternæ
Fecerat vt studijs præmia digna tuis.
Inuida vis ferri virtutem, triste morari
Tentabat : vanus sed fuit ille labor.
Vicerunt tua fata pio conamine fulta,
Et virtus vlla nescia mole premi.
Ergo tuo latus frueris spe diuite honore,
Inuidiæq; iuuat te superasse minas.
Perge tuis factis famam decorare Parentis,
Et benè cœpisti quo pede semper eas.
Musa tuis cœptis felicia quæq; precatur,
Et sospes viuas plurima secla iubet.
Hinc, ambos quia fata volunt seiungier, orat,
Exiguum nostri pignus amoris habe.
Aspicis hoc quoties, subeat tibi dicere : viuas
Diuino felix numine amice diu.
Contra ego, me quæcunq; feret, quæcunq; tenebit
Terra, pari faciam pectore vota, VALE.

M. Salomonis Braeteri.



A 2

ALIVD

DESCRIPTIO ACTVS.

QVid strepitus vulgi sibi vult, clangorq; tubarum ?
Spondetur Sophiæ docta corona virūm.
Quid faculæ puerū signant comitante caterua ?
Exultat facibus mens generosa datis.
Cur duo sceptri feri miniata veste sequuntur ?
Imperium paucos nobilitasq; manet.
Num subeunt fama celebris, noua tecta, Mineruæ ?
Fœnore quisq; iugi pensa locata capit.
Fallor an hic vnius format pia pectora dictis ?
Pectora culturæ dat juuile decus.
Cur supplex clara deposita numina voce ?
Munia contingunt non nisi dante D E O.
Quid vult, quam capiunt vna, exornata cathedra ?
Organa grata scholis hac docuisse iuuat ?
Cur aperit libros, positos quos ordine cerno ?
Doctos continuo voluere scripta decet.
Dic age purpureus, qui tempora pileus ornet ?
Semper sunt magnis dulcia mixta malis.
Cur tenerum vestit digitum solido annulus auro ?
Et genus & formam Palladis auget honor.
At quod nunc quisquis se proripit æde sacrata ?
Præmia, culta cohors, parta labore notat.
Vbere doctrina clarum num cerno εις ασημ ?
Virtuti patriæ est inuia nulla via.
Vnde illis hic surgit honor, decus, æmula virtus ?
Insequitur Musas, gratia, candor, honor.
Cœnobij cur iacta recens ad limina tendunt ?
Accidit impenso grata labore quies.

M. Seueri Rollvagij.

ALIVD CARMEN IN DISCESSVM
EIVSDEM EX ACADEMIA VVIT-
TEBERGENSI.



Agna fuit quondam sacri reuerentia Amoris,
Inq; suo precio fidus amicus erat.
Omnia nunc postquam retrò sublapsa feruntur,
Amplius & virtus non habet illa locum :
Nusquam certa fides, nusquam constantia constans,
Quin & stultitia est non violare fidem.
Hoc facit, à nullo quod iam spectatur honestas,
Quilibet & iam vult proximus esse sibi.
Dum, quod Pelignus memorat, queriturq; Poëta,
Vulgus amicitias vtilitate probat.
Vtile præcedat, post vana sequatur honestas,
Quid mihi, si non est vtilis, vlla fides ?
Sed nos, à vulgo quos docte Magister inertū
Secernit donis casta Minerua suis,
Vincula amicitiae veneranda colamus, amicus
Thesauris præstat decolor Inde tuis.
Et licet hinc aliō tu nunc discedis ab Albi,
Ad cuius noster littora cœpit amor.
Vt tibi fors alios alibi coniungat amicos,
Non tamen incipias immemor esse mei.
Ipse tibi semper, quanquam fors diuidit ambos,
Corpore si nequeo, pectore iunctus ero.

M. Iohannis Mylij.



Testi-

TESTIMONIVM ACADEMIÆ
WITTEBERGENSIS.

RECTOR ACADEMIÆ
WITTEBERGENSIS, AVGVSTVS,
DEI GRATIA, DVX BRVNSVICENSIS
ET LVNAE BVRGENSIS ETC.

Lecturis has literas, cum debita cuiq; honoris mentione S. D.



Vanquam fundementum veræ & per-
petuae commendationis est pietas ipsa, & sua
quemq; naturæ bonitas integritasq; laude &
prædicatione maxime ornat: tamen homo mode-
ratus & intelligens nequaquam aspernari debet
aliorum de studijs & moribus suis recta iudicia,
honestasq; de uita testificationes. Vult enim
DEVS, uirtutem testatam & illustrem esse apud
omnes, cum ut ipse honore afficiatur, a quo nil nisi bonum & laudabile pro-
ficiatur: tum ut uirtutis usu & exercitatione hominum inter homines socie-
tas conseruetur, quam collabi & dissipari necesse esset, si quidlibet faceres
neglecta honestate, liceret cuilibet. Atq; in communitatibus etiam scholasti-
cis mos retinetur, ut comprehensa literis publicis testimonia honorifica trit-
buantur ijs, qui merentur: quoniam calcaria h.ec sunt & stimuli ijsipsis, qui
rectam viam sunt ingressi, ut in hac deinceps quoq; pergant alacrius: et
alijs exemplum præclarū prodest, ad consecrandi eandem ueram gloriam,
que uirtutis & industrie comes est ac præmium. Itaq; probamus institutū exus-
titi & honesti uuenis, Magistri SEBASTIANI PRAETORII, quod ad
domesticum recti animi & uoluntatis testimonium, nostram quoq; testificatio-
nem moluit accedere, cuius præsidio & subsidio ueteretur, ubi opus esset,
atq; ita aditum sibi patetaceret ad bonos & doctos omnes, quorum ope &
opera se iuuari posse intelligeret, & quorum amicitiae se cuperet adiunge-
re. Ac libenter eihas literas publicas communicauiimus, testes nostræ erga
ipsum uoluntatis, quis & comodis atq; honori eius cupimas prodesse, &
profuturas apud bonos confidimus. Patria huic Sebastiano communis est
cum magno & diuino illo LVTHERO ISLEBIA, ubi natum cum, comperi-
gius ex familia honesta, patre V. C L. Magistro ZACHARIA PRAETO-

RIO

ANNO Poëta Laureatos & ministro ibidem Ecclesiæ fidelissimo. Is cum literis
tibius ipse esset, ut pote qui uiros summos ac præcipuos tum in hac Aca-
demia audiuit annos aliquot, atq; ijsdem fuit charissimus: in hanc curam incu-
buit diligentissime, ut filius a primis statim annis ad literarum studia adhibi-
tus, primarum artium initia perciperet, quæ rudiiori illi etati proponi so-
lent. Nec fecellit Sebastianus parentum & præceptorum de se opinionem.
Quia enim indole ingenij bona erat prædictus, & accedebat discendi cupidi-
tas & assiduitas: celeres in tyrcinio suo progressus fecit, at tum statim in
herbescente quasi uiriditate apparuit, qui fructus de hoc expectandi essent,
scholis & Ecclesiæ aliquando profuturi. Sic ergo informatu a fidelibus præ-
ceptoribus in schola patriæ, & doméstico exemplo ad pietatis & doctrinæ
studium assuefactum ipsum, parens misit in scholam Hallensem Saxonum, ut
paulatim procedente etate, eruditionem ex pleniore institutione augeret &
locupletaret: ubi & sibi ipsi non desuit Sebastianus, certò persuasum ha-
bens, ingratum se fore in DEVVM, si optimas discendi occasiones, in florente illo
laetate turpiter negligenteret, neq; in usum suum conuerteret. Parente mor-
tuó, Brunsuigam studiorum causa a uiro Reuerendo & Doctissimo M. CON-
RADO PORTA, Ecclesiæ Petro Paulinæ, quæ Islebiæ est, Pastore uigilan-
tißimo (cuius fidei & tutelæ parens iam moriturus, hunc filium singulari-
ter commendauerat) missus est, & commoratus ibi triennium, præceptoris
bus, alijsq; quibus cum usus & necessitudo ipſi fuit, pietatem, diligentiam
& modestiam suam, ut par est, probauit. Sed tunc pestilentia in ea urbe
grassari inciperet, anno Christi 1577. (quo tempore & matcr ipsius cum
reliqua sobole extinta fuit in patria) patrules huius, uiri optimi & ho-
norati, IOHANNES & SEBASTIANVS BREYTHERI,
Generosorum Comitum Mansfeldensium Consiliarij, ut ex præsenti periculo
adolescentem eriperent, eum Brunsuiga euocarunt: & orphano parentū
postea loco semper fuerunt, eumq; beneficijs affecerunt maximis, quemadmo-
dum haec grato ab ipso animo prædicari audimus. De horum ergo consilio,
consentiente simul patrono ipsius, Magistro Porta, de quo diximus, in hanc
Academiam commigravit, ad præclare cæptam studiorum telam feliciter,
DEI beneficio, pertexendam, Anno Christi 1579. cum rem scholasticam
gubernaret V. Clar. IOHANNES MATHESIUS Medicinæ Doctor
& Professor: & septennium nobiscum uiuens nihil prætermisit, quod ad
officium pīj ac modesti iuuenis pertineret, præstans debitam obedientiam le-

gibus, & excolens animum cognitione precipuarum partium Philosophie,
& linguarum usu se instruens: quod his destitutus, operam utilem in nullo
disciplinarum genere, se ponere posse intelligeret. Quam ad rem præter
doctrinam publicam plurimum illi profuit priuata institutio V. CL. Magi-
stri ALBERTI LEMEIGERI, Professoris tum publici, cui Sebastia-
nus diligentissime a patrono suo commendatus fuerat per literas. Propter
haec igitur uirtutis & doctrinæ ornamenta, dignum iudicauimus hunc Ma-
gistrum SEBASTIANVM, quem studiose ac diligenter bonis ac eru-
ditis omnibus commendaremus, quod & facimus in præsentia, orantes, qui-
bus nos uerbis ad singulos uti decet, ut eum suo fauore ac benevolentia com-
pleteantur, omniq; ope & opera iuuent & ornent. Quod eò benignius
pios & intelligentes facturos confidimus, quo maior spes est, ipsum usui &
ornamento aliquando futurum Reipublicæ Christianæ. Nos cunctis, qui huic
benefecerint, eiusq; iuuerint commoda, a nobis gratiam gratificationemq;
debitam: ab ipso uero, perpetuam grati animi memoriam & obseruantiam
repromittimus. Fidem his literis facimus sigillo Academie, que dabantur
in ferijs Paschatos, Anno IHESV CHRISTI M. D. LXXXV.



Nr 1996.

8



3

nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln;

28a / 501996 /

V\$ 17 11/11/



Farbkarte #13

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86	25.40	27.94	30.48	33.02	35.56	38.10	40.64	43.18	45.72	48.26

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

GRATVLATORIA
IN HONOREM
PIETATE, DOCTRINA
ET VIRTUTE ORNATISSIMI VIRI,
Dn. SEBASTIANI PRAETORII ISLEBIEN-
SIS, V. REV. ET CL. D. M. ZACHARIAE PRAETORII
Mansfeldensis, p. m. Theologi quondam & Poëta L. Filij, cum ipsi,
una cum alijs XXXII. doctis ac honestis viris, Magisterij
Philosophici gradus in inclyta Academia VViteber-
gensi publicè decerneretur.

Rectore Illustrissimo Principe ac Domino, Domino
AVGVSTO, Duce Brunsvicensi & Lunæburgensi &c. Deca-
no V. CL. ac Doctissimo, Dn. ANDREA SCHATONE Torgense, Me-
dicinae Doctore & Professore Physices publico. Prid. Cal. Apri-
lis, Anno Christi M. D. LXXXIII.

Scripta

AB AMICIS.

VVITEBERGAE.

Adiuncta est eiusdem Testimonij ab Academia
VVitebergensi accepti, forma.

